Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ducare. Dicit ei ihs. meus cibus est ut faciam uoluntatem eius
qui misit me ut perficiam opus eius. Nonne uos dicitis quod ad
huc quatuor menses sunt et estas uenit. Ecce dico uobis. Leuate
oculos uestros et uidete regiones. quia iam albe sunt ad me-
sem. Et qui uenit mercedem accipit et congregat fructum
in uitam eternam. ut et qui seminat simul gaudeat et qui
metit. In hoc enim est uerum uerum. quia alius est qui sem
nat et alius est qui metit. Ego misi uos metere quod uos
non laborastis. Alii laborauerunt et uos in labores eorum in
troistis. Ex ciuitate autem illa crediderunt multi in eum. sa
maritanorum propter uerbum mulieris testimonium perhibentis.
quia dixit michi omnia quecumque feci. Cum uenissent ergo ad
illum samaritani rogauerunt eum ut ibi maneret. Et
mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt pro
pter sermones eius et mulieri dicebant. Quia iam non
propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus et scimus
quia hic est saluator mundi. † Dominus Petre

In diebus illis. Erat uir in babilone et nomen eius ioachym
Et accepit uxorem nomine susannam filiam helchye pulchram
nimis et timentem dm. Parentes eius illi cum essent iusti
erudierunt filiam suam secundum legem moysi. Erat autem
ioachym diues ualde. et erat pomerium uicinum domui
suae et ad ipsum confluebant iudei eo quod esset honorabi
lior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in an
no illo de quibus locutus est dominus. Quia egressa est iniquitas de babylone a senioribus iudicibus qui uidebantur regere plebem. Isti frequentabant domum ioachym
et ueniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum